

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Mors ce  
cum fontibus primis

Optimum est antequam optes mori.

Optimum est, ante quam optes, mori.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 4, 1 (F. Haase ed., p.448).

Incertum est quo loco mors te expectet; tu illam in omni loco expecta.

Incertum est quo loco te mors expectet; itaque tu illam omni loco expecta.

Desinere iam volebam et manus spectabat ad clausulam, sed conficienda sunt aera et huic epistulae viaticum dandum est. Puta me non dicere unde sumpturus sim mutuum: scis cuius arca utar. Expecta me pusillum, et de domo fiet numeratio; interim commodabit Epicurus, qui ait 'meditare mortem', vel si commodius sit transire ad nos hic potest sensus:

Egregia res est mortem condiscere.

'egregia res est mortem condiscere'. Supervacuum forsitan putas id discere quod semel utendum est. Hoc est ipsum quare meditari debeamus: semper discendum est quod an sciamus experiri non possumus. 'Meditare mortem': qui hoc dicit meditari libertatem iubet. Qui mori didicit servire dedit; supra omnem potentiam est, certe extra omnem.

Quid ad illum carcer et custodia et claustra? Liberum habet hostium.

Quid ad illum carcer et custodia et claustra? liberum ostium habet.

Seneca in epistolis.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 26, 7-10 (L. Reynolds ed., vol.1, p.76, ll.4-19).